

se mandata prae se servasse, qui tamen
deinde sicut ceteri absoluebantur,
cum generalis absolutio foret episc.
et per commissa. In eodem tempore clerus
et ~~religiosi~~ religiosus et secularis multum
despectus a laicis habebatur. Eisdem
etiam annis iudei in maiori re-
verentia habebantur quam clerici.
Unde in civitate Rullingen, cum ele-
rici 20 annis servassent processus
papales et deinde nollent publice
cantare, ex insensu civium et advoca-
torum prece publice proclamabat
sub pena quinque librarum: ne
quis aliquem sacerdotem nolentem
cantare hospitaret, et finito tali
proclamatione deinde proclamabat
sub pena quinque librarum: ne quis
aliquem iudeum dictis vel factis
molestaret. Ecce qualis conventio
christi ad belial! Deinde post an-
num Domini mccc xlo Ludovicus
sepefatus abtulit uxorem Legi-
simam filio volmar, ^(sic) regis bohemiae,
in duci Benthie, que nuptii in plur-
ibus annis et dedit ipsam filio
suo marchioni de Brandenburg, quod
fecit hac de causa ut ducatus Pa-